

studies 11, 1890 p. 127): τὸν θεοφιλέστατον Καίσαρα Γάϊον Βάλεντα Ὀστυλλιανὸν Μέσ[σ]ιον Κοίντων Εὐσεβῆ Ἐὐτυγῆ Σεβαστὸν, υἱὸν τοῦ κερλοῦ ἡμῶν ἀντοκράτορος Κάλσαρος Γάϊου Μεσσίον Κοίντων Τραϊανοῦ Δεκίου Εὐσεβοῦς Ἐὐτυχοῦς Σεβαστοῦ κτλ.

521 Herenniae | Cupresseniae | Etruscillae Aug.¹, | coniugi d. n. Deci | Aug., matri Augg. | nn. et castror., | s. p. q. C.²

Carseolis rep., nunc Veronae (IX 4056). — 1) Plerumque Herennia Etruscilla dicitur; Cupresseniae nomen reperitur praeterea in nummis quibusdam (nummus Alexandrinus ap. Eckhel 7, 548 cf. Sallet alex. Kaisermünzen p. 67, nummus Malensium in Cilicia ap. Cohen² 5 p. 215). — 2) Senatus populusque Carseolitanus.

522 imp. Caes. | Gaiο Vibio Trebon[ia]no | Gallo P. F. Aug. pont. maximo, | trib. potest.¹, et | im[p.] Caes. Gaiο Vibio | Afini[o Gallo Veldum]niano V[olusiano Pio Fel.] | invicto [Aug.² p. m., trib. pot.] | ala T. . .

Promontor prope Ofen (Aquincum) rep., nunc Pesth in museo (Eph. ep. 2, 760). — 1) A. 251. Omissa est mentio consulatus, quem Gallus videtur gessisse suffectum etiamtum privatus (cf. N. 325 not. 2). — 2) Teste Victore (Caes. 50) Galli filius primum Caesar tantum fuit. In nummis titulisque semper patri aequiperatur.

523 imp. Caes. C. | Vibio Trebo[n]iano Gal[lo] | P. F. invicto | Aug. p[ont. m]aximo, trib. | potest. II¹, cos.², | p. p., procos., eqq. | alae III Aug. Th[racum Gallia]ne Volusiane, | devoti numini m[ai]estatique eor.

In Pannonia superiore prope Brigetionem (Szöny) rep. (III 4270, aliquoties descripta saec. superiore). — 1) A. 252. — 2) Consulatus, quem Gallus gessit imperator a. 252 secundus fuit, testibus plerisque titulis.

524 [i]mp. Caesari | C. Vibio Afinio | Gallo Veldumniano | Volusiano | Pio Felici Aug., | tr. pot. II¹, cos., p. [p.], | Comenses | devotiss. numi[ni] | maiestatique eiu[s].

Comi (C. I. L. suppl. Ital. I 745 vidit Pais). — 1) A. 252.

525 imp. Caes. C. Vibio Treboniano Gallo Pio Felici A[ug.] | pontif. max., trib. potest. III¹, cos. II, p. p., procos., [et] | imp. Caes. C. Vibio Afinio Gallo Veldumniano V[olusiano] | Pio Felici Aug. pontif. max., trib. potest. III¹, cos. II, p. p., p[ro]cos., | tribus Palatina corp. iuniorum Iuvenal. hon² | client., devoti numini maiestatique eor[um], | homines num. DCCCCLXVIII.³

Romae, descr. Henzen (VI 1104 cf. p. 844). — 1) Tribunicia potestate quartum Gallus et Volusianus dicuntur non solum in hac inscriptione, sed etiam in nummis non paucis (Eckhel 7, 556. 568). Quare Eckhelius (7, 565) imperium eorum extendere studuit in annum p. C. 254. Sed titulus N. 551 nostris temporibus repertus ostendit iam mense Octobri a. 255 Valerianum et Gallienum, quos occisis demum Gallo et Volusiano imperatores appellatos esse constat, non solum in Italia, sed etiam in Africa agnitos fuisse. Nihil igitur superest quam ut statuamus (cum Wilmansio), Gallum et Volusianum aliquando novam tribuniciae potestatis numerandae rationem instituisse, sive, id quod idem est, a nescio quo die maiorem sibi tribuniciae potestatis numerum adscripsisse quam pro ratione temporis debebant.